

Anzeigebblatt

für die Erzdiöcese Freiburg.

(Beilage zum Freiburger katholischen Kirchenblatt.)

Nro. 10.

Freiburg, den 9. Juli 1862.

VI. Jahrgang.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

P II

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO

DIE IX. JUNII MDCCCLXII.

VENERABILES FRATRES!

Maxima quidem laetitia affecti fuimus, Venerabiles Fratres, cum Sanctorum honores et cultum, Deo bene juvante, septem et viginti invictissimis divinae nostrae nostrae religionis heroibus hesterno die decernere potuerimus, Vobis lateri Nostro adstantibus, qui egregia pietate ac virtute praediti, et in solitudinis Nostrae partem vocati in hac tanta temporum asperitate strenue dimicantes pro Domo Israel summo Nobis solatio et consolationi estis. Utinam vero dum hujusmodi perfundimur gaudio, nulla moeroris, luctusque causa Nos aliunde contristaret. Non possumus enim non vehementer dolere et angere, cum videamus tristissima et nunquam satis deploranda mala ac damna, quibus cum permagno animarum detrimento catholica nunc Ecclesia, et ipsa civilis societas miserandum in modum premitur ac divexatur. Optime enim noscitis, Venerabiles Fratres, teterrimum sane bellum contra rem catholicam universam ab iis hominibus conflatum, qui inimici Crucis Christi sanam non sustinentes doctrinam, ac nefaria inter se societate conjuncti quaecumque ignorant, blasphemant, ac pravis cujusque generis artibus sanctissimae nostrae religionis, et humanae societatis fundamenta labefactare, immo, si fieri unquam posset, penitus evertere, omniumque animos mentesque perniciosissimis quibusque erroribus imbuere, corrumpere et a catholica religione avellere moliantur. Nimirum callidissimi isti fraudum artifices, et fabricatores mendacii non cessant monstrosa quaeque veterum errorum portenta jam sapientissimis scriptis toties profligata ac depulsa, gravissimoque Ecclesiae judicio damnata e tenebris excitare, eaque novis, variis ac fallacissi-

Allocution

des heiligen Vaters,

Papstes Pius IX.

gehalten

in dem Consistorium

vom 9. Juni 1862.

Ehrwürdige Brüder!

Wir empfanden die größte Freude, ehrwürdige Brüder, als Wir unter Gottes Beistand gestern siebenundzwanzig siegreichen Helden unserer göttlichen Religion die Ehren und die Verehrung von Heiligen zusprechen konnten, während Ihr Uns zur Seite standet, die Ihr durch Frömmigkeit und Tugend ausgezeichnet und zur Theilnahme an Unseren Sorgen berufen in diesen schweren Zeiten durch Euern muthigen Kampf für das Haus Israel Uns den größten Trost gewähret. Aber möchte Uns doch auch nur bei dieser unsrer Freude, die Wir empfinden, von anderer Seite kein Grund der Trauer und der Klage betrüben! Wir können jedoch nicht anders als Schmerz und Bekümmerniß zu empfinden, wenn wir die traurigen und nie genugsam zu beklagenden Uebel und Beschädigungen sehen, durch welche gegenwärtig zum großen Nachtheile der Seelen, die katholische Kirche und nicht minder die bürgerliche Gesellschaft auf die bedauerlichste Weise bedrängt und gequält wird. Ihr kennt ja, ehrwürdige Brüder, nur zu gut jenen schrecklichen Krieg gegen die gesammte katholische Kirche, unternommen von jenen Menschen, welche als Feinde des Kreuzes Christi die gesunde Lehre nicht ertragen und im verderblichen Bunde mit einander vereint, was sie nicht kennen, schmähern und durch schlechte Mittel aller Art die Fundamente unserer heiligsten Religion und der menschlichen Gesellschaft zu erschüttern, ja, wenn es jemals möglich wäre gänzlich zu zerstören, den Verstand und das Herz der Menschen durch die verderblichsten Irrthümer einzunehmen, zu verderben und von der katholischen Religion loszureißen sich anstrengen. Diese schlaunen Meister des Betruges und der Lüge ermüden nicht alle ungeheuerlichen Mißgeburten von Irrthümern, welche durch die gelehrtesten schriftstellerischen Werke schon längst widerlegt und zurückgewiesen, wie nicht minder

mis formis verbisque expressa exaggerare, et modis omnibus usquequaque disseminare. Hac funestissima ac diabolica prorsus arte rerum omnium scientiam contaminant, deturpant, mortiferum ad animarum perniciem virus diffundunt, effrenatam vivendi licentiam, et pravas quasque cupiditates fovent, religiosum ac sociale ordinem invertunt, et omnem justitiae, veritatis juris, honestatis et religionis ideam extinguere conantur, et sanctissima Christi dogmata, doctrinam irrident, contemnunt, oppugnant. Horret quidem refugitque animus, ac reformidat vel leviter attingere praecipuos tantum pestiferosque errores, quibus hujusmodi homines miserimis hisce temporibus divina et humana cuncta permiscunt.

Nemo vestrum ignorat, Venerabiles Fratres, ab hujusmodi hominibus plane destrui necessariam illam cohaerentiam, quae Dei voluntate intercedit inter utrumque ordinem, qui tum in natura, tum supra naturam est, itemque ab ipsis omnino immutari, subverti, deleri propriam, veram germanamque divinae revelationis indolem, auctoritatem, Ecclesiaeque constitutionem et potestatem. Atque eo opinandi temeritate progrediuntur, ut omnem veritatem, omnemque legem, potestatem, ut jus divinae originis audacissime denegare non metuant. Siquidem haud erubescunt asserere, philosophicarum rerum, morumque scientiam, itemque civiles leges posse et debere a divina revelatione, et Ecclesiae auctoritate declinare, et Ecclesiam non esse veram perfectamque societatem plane liberam, nec pollere suis propriis et constantibus juribus sibi a divino suo Fundatore collatis, sed civilis potestatis esse definire, quae sint Ecclesiae jura et limites, intra quos eadem jura exercere queat. Hinc perverse commiscuntur, civilem potestatem posse se immiscere rebus, quae ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent, atque etiam impedire, quominus Sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice, supremo totius Ecclesiae Pastore divinitus constituto, libere ac mutuo communicent, ut plane dissolvatur necessaria et arctissima illa conjunctio, quae inter membra mystici corporis Christi, et adspectabile suum Caput ex divina ipsius Christi Domini institutione esse omnino debet. Nihil vero timent omni fallacia ac dolo in vulgus proferre, sacros Ecclesiae ministros, Romanumque Pontificem ab omni rerum temporalium jure ac dominio esse omnino excludendos.

durch die nachdrücklichsten Urtheilssprüche der Kirche verworfen worden sind, immer wieder aufs Neue aus dem Dunkel an das Licht zu ziehen, mit neuen und manigfaltigen Formen und Ausdrücken dargestellt noch zu überbieten, und auf alle Arten überallhin zu verbreiten. Durch diese ganz verderblichen, ja teuflischen Kunstgriffe verkehren und bestrecken sie das allgemeine Bewußtsein und theilen überallhin zum Verderben der Seelen ihr Gift aus; sie befördern die Zügellosigkeit im Leben, und alle schlechte Leidenschaften; sie stürzen um alle religiöse und gesellschaftliche Ordnung, sie suchen die Ideen der Gerechtigkeit, der Wahrheit, des Rechtes, der Tugend und der Religion zu unterdrücken; sie verspotten, verachten, bekämpfen die heiligsten christlichen Glaubenslehren. Unsere Seele schaudert davor zurück und kann es kaum über sich gewinnen, wenn auch nur kurz und obenhin die wichtigsten und verderblichsten unter jenen Irrthümern anzuführen, durch welche jene Menschen in diesen traurigen Zeitläufen alle göttlichen und menschlichen Dinge in Verwirrung bringen.

Keinem unter Euch, ehrwürdige Brüder, entgeht es, daß von den Menschen dieser verderblichen Richtung, jener nothwendigen, durch Gottes Wille gesetzte Zusammenhang zwischen den beiden Weltordnungen, der natürlichen und übernatürlichen, zerstört wird; daß nicht minder auf diesem Wege der eigentliche, wahre und echte Character der göttlichen Offenbarung von ihnen gänzlich verändert, verkehrt und vernichtet wird, und damit zugleich das Ansehen, die Verfassung und die rechtliche Gewalt der Kirche. Sie gehen in ihrer Berwegenheit sogar so weit, daß sie sich nicht scheuen alle Wahrheit, jedes Gesetz, jede Gewalt und jedes Recht von einem göttlichen Ursprung auf das verwegenste zu läugnen. Sie haben die Stirne zu behaupten, die Philosophie und die Sittenlehre, ebenso die bürgerlichen Gesetze könnten und sollten von der göttlichen Offenbarung und von der Autorität der Kirche sich entfernen; die Kirche sei keine wahre, selbstständige, ganz freie Gesellschaft, sie habe nicht Kraft und Macht vermöge ihrer eigenen feststehenden und von ihrem göttlichen Stifter ihr verliehenen Rechte, sondern es komme der Staatsgewalt zu, daß sie bestimme, welches die Rechte der Kirche und welches die Grenzen seien, innerhalb welcher die Kirche ihre Rechte ausüben dürfe. Davon ausgehend haben sie die verkehrte Vorstellung erfunden, die Staatsgewalt könne sich in Gegenstände der Religion, der Moral, der geistlichen Regierung einmischen; sie könne verbieten, daß die Bischöfe und die Gläubigen mit dem römischen Papste, dem durch göttliche Anordnung aufgestellten obersten Hirten der ganzen Kirche, sich in gegenseitigen freien Verkehr setzen, so daß dann jene innige und nothwendige Verbindung zwischen den Gliedern des geheimnißvollen Leibes Christi und seinem sichtbaren Haupte gänzlich zerrissen wird, welche doch nach der Anordnung unseres Herrn Christus selbst durchaus bestehen soll. Ebenso wenig scheuen sie sich mit aller List und allem Trug die Behauptung öffentlich aufzustellen und zu verbreiten, daß die geheiligten Diener der Kirche und daß der römische Papst von allem Rechte und von aller Gewalt in den zeitlichen Dingen auszuschließen seien.

Summa praeterea impudentia asserere non dubitant, divinam revelationem non solum nihil prodesse, verum etiam nocere hominis perfectioni, ipsamque divinam revelationem esse imperfectam, et iccirco subjectam *continuo et indefinito* progressui, qui humanae rationis progressioni respondeat. Nec verentur proinde jactare, prophetias et miracula in sacris Literis exposita et narrata esse poetarum commenta, et sacrosancta divinae fidei nostrae mysteria philosophicarum investigationum summam; ac divinis utriusque testamenti libris mythica contineri inventa, et ipsum Dominum Nostrum Jesum Christum, horribile dictu! mythicam esse fictionem. Quare hi turbulentissimi perversorum dogmatum cultores blaterant, morum leges divina haud egere sanctione, et minime opus esse, ut humanae leges ad naturae jus conformentur, aut obligandi vim a Deo accipiant, ac propterea asserunt, nullam divinam existere legem. Insuper inficiari audent omnem Dei in homines mundumque actionem, ac temere affirmant, humanam rationem, nullo prorsus Dei respectu habito, unicum esse veri et falsi, boni et mali arbitrum, eandemque humanam rationem sibi ipsi esse legem, ac naturalibus suis viribus ad hominum ac populorum bonum curandum sufficere. Cum autem omnes religionis veritates ex nativa humanae rationis vi perverse derivare audeant, tum cuique homini quoddam veluti primarium jus tribuunt, ex quo possit libere de religione cogitare et loqui, eumque Deo honorem et cultum exhibere, quem pro suo libito meliorem existimat.

At vero eo impietatis et impudentiae deveniunt, ut coelum petere, ac Deum ipsum de medio tollere conentur. Insigni enim improbitate ac pari stultitia haud timent asserere, nullum supremum sapientissimum providentissimumque Numen divinum existere ab hac rerum universitate distinctum, ac Deum idem esse ac rerum naturam, et iccirco immutationibus obnoxium, Deumque reapse fieri in Homine et mundo, atque omnia Deum esse, et ipsissimam Dei habere substantiam, ac unam eandemque rem esse Deum cum mundo, ac proinde spiritum cum materia, necessitatem cum libertate, verum cum falso, bonum cum malo, et justum cum injusto. Quo certe nihil dementius, nihil magis impium, nihil contra ipsam rationem magis repugnans fingi et excogitari unquam potest. De auctoritate autem et jure ita temere effutiant, ut impudenter dicant, auctoritatem nihil aliud esse, nisi numeri, et materialium virium summam, ac jus in materiali facto consistere, et omnia hominum officia esse nomen inane, et omnia humana facta juris vim habere.

Ueberdieß bedenken sie sich nicht mit der größten Frechheit zu behaupten: die göttliche Offenbarung nütze nicht nur Nichts, sondern sie benachtheilige sogar die fortschreitende Bervollkommnung des Menschen; die göttliche Offenbarung selbst sei unvollkommen und daher einem beständigen und unbegrenzten Fortschritte unterworfen, welcher dem Fortschritte der menschlichen Vernunft zu entsprechen habe. Sie scheuen sich nicht in Folge dessen zu sagen, die in den heiligen Schriften enthaltenen Prophezeiungen und Wunder seien poetische Erdichtungen, die hochheiligen Geheimnisse unsrer göttlichen Religion seien nur ein Ergebniß philosophischer Forschungen; in den göttlichen Schriften der beiden Testamente seien Mythen enthalten; ja, (es ist entsetzlich zu sagen!) unser Herr Jesus Christus sei selbst nur eine fabelhafte Erdichtung. Daher führen denn diese Unruhe stiftenden Anhänger verkehrter Lehrsätze das Gerede, als bedürfen die Sittengesetze keiner göttlichen Sanction und als sei es ganz und gar nicht nothwendig, daß die menschlichen Gesetze sich nach dem natürlichen Rechte richten, noch daß sie ihre verpflichtende Kraft von Gott haben; sie behaupten desßwegen sogar, es gebe gar kein göttliches Gesetz. Sie wagen überdieß, jede auf die Menschen und die Welt gerichtete Thätigkeit des göttlichen Wesens zu läugnen und vermessenener Weise zu behaupten, der menschlichen Vernunft stehe allein, ohne Rücksicht auf ein göttliches Wesen zu nehmen, das Urtheil zu über das was wahr oder falsch, gut oder böß sei; dieselbe menschliche Vernunft sei sich selbst Gesetz und sie reiche durch ihre natürlichen Kräfte vollkommen hin, um für das Wohl der einzelnen Menschen und der Völker zu sorgen. Da sie aber alle Wahrheiten der Religion nur aus der natürlichen Kraft der Vernunft irriger Weise abzuleiten unternehmen, so sprechen sie jedem Einzelnen es als sein vorzüglichstes Recht zu, daß er frei nach Belieben über die Religion denken und reden dürfe, daß er Gott die Ehre und die äußere Verehrung erweise, welche er nach seiner Willkür gerade für die bessere halte.

Ja sogar so weit gehen sie in ihrer Gottlosigkeit und Frechheit, daß sie gleichsam den Himmel zu stürmen und Gott selbst abzuschaffen versuchen. Mit auffallender moralischer Schlechtigkeit und gleicher Verblendung wagen sie zu behaupten: es gebe gar kein höchstes, von dem Weltall unterschiedenes göttliches Wesen, welchem eine allweise Vorsehung zukomme, sondern Gott und Natur seien Eines, daher veränderlich; Gott werde in dem Menschen und in der Welt verwirklicht; Alles sei Gott, habe göttliches Wesen, Gott und die Welt sei Eins und dasselbe, und daher auch ebenso Geist und Stoff, Nothwendigkeit und Freiheit, Wahrheit und Falschheit, das Gute und das Böße, Recht und Unrecht. Gewiß läßt sich nichts Unsinnigeres, nichts Gottloseres erdichten und ersinnen, nichts was mehr mit der Vernunft selbst im Widerspruch stehe. Ueber das Wesen der Autorität und des Rechtes ist ihr Gerede so vermessen und grundlos, daß sie ohne Schaam und Scheu behaupten, die Autorität sei nichts anderes als die Mehrzahl und das Uebergewicht der materiellen Kräfte; das Recht bestehe nur in der vollendeten äußern Thatsache; die menschliche Pflicht sei nur ein leeres Wort, alle von den Menschen zu Stand gebrachten

Jam porro commenta commentis, deliramenta deliramentis cumulantes, et omnem legitimam auctoritatem, atque omnia legitima jura, obligationes, officia conculcantes nihil dubitant in veri legitimize juris locum substituere falsa ac mentita virium jura, ac morum ordinem rerum materialium ordini subicere. Neque alias vires agnoscunt, nisi illas, quae in materia positae sunt, et omnem morum disciplinam honestatemque collocant in cumulandis et augendis quovis modo divitiis, et in pravis quibusque voluptatibus explendis. Atque hisce nefariis abominandisque principiis reprobam carnem spiritui rebellis sensum tuentur, fovent, extollunt, illique naturales dotes ac jura tribuunt, quae per catholicam doctrinam conculcari dicunt, omnino despicientes monitum Apostoli clamantis „si secundum carnem vixeritis, moriemini, „si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis“ Omnia praeterea legitima ejusque proprietatis jura invadere, destruere contendunt, ac perperam animo et cogitatione confingunt et imaginantur jus quoddam *nullo circumscriptum limitibus*, quo reipublicae Statum polere existimant, quem omnium jurium originem et fontem esse temere arbitrantur.

Dum vero hos praecipuos infelicissimae nostrae aetatis errores dolenter ac raptim perstringimus, recensere omitimus, Venerabiles Fratres, tot alias fere innumerales falsitates et fraudes Vobis apprimè notas ac perspectas, quibus Dei hominumque hostes rem tum sacram tum publicam perturbare et convellere conituntur. Ac silentio praeternitimus multiplices gravissimasque injurias, calumnias, convicia, quibus sacros Ecclesiae ministros, et hanc Apostolicam Sedem dilacerare et insectari non desinunt. Nihil loquimur de iniqua sane hypocrisi, qua funestissimae in Italia praesertim perturbationis ac rebellionis duces et satellites dictitant, se velle, Ecclesiam sua gaudere libertate, dum sacrilego prorsus ausu omnia ipsius Ecclesiae jura et leges quotidie magis proculcant, ejusque bona diripiunt, et Sacrorum Antistites, ecclesiasticosque viros suo munere praeclare fungentes quoquo modo divexant, et in carcerem detrudunt, et Religiosorum Ordinum Alumnos, ac Virgines Deo sacras e suis coenobiis violenter exturbant, suisque propriis bonis spoliant, nihilque intentatum relinquunt, ut ipsam Ecclesiam in turpissimam redigant servitutem, et opprimant. Ac dum singularem certo ex optatissima Vestra praesentia voluptatem percipimus, Vos ipsi videtis, quam libertatem nunc habeant Venerabiles Fratres Sacrorum in Italia Antistites, qui strenue constanterque praeliantes praelia Domini minime potuerunt cum summo animi Nostris do-

Thatsachen trügen zugleich ihre Berechtigung und das Recht in sich.

Indem sie dann Erdichtungen auf Erdichtungen, Irrsinn auf Irrsinn häufen, alle rechtmäßige Autorität, alle gesetzlichen Rechte, Verbindlichkeiten und Pflichten mit Füßen treten, so bedenken sie sich gar nicht, an die Stelle des wahren und gesetzlichen Rechtes das falsche und nur auf der Lüge beruhende Recht der rohen Gewalt zu setzen und so die sittliche Ordnung der Ordnung der bloß materiellen Kräfte zu unterwerfen. Sie erkennen keine andern Kräfte an, als nur die materiellen; sie setzen die ganze Regel ihres Betragens und ihre ganze Sittlichkeit nur in das Erwerben und Vermehren des Reichthums, durch welche Mittel es auch geschehe, und in die Befriedigung schlechter Lüste. Durch solche verderbliche und abscheuliche Grundsätze unterstützen, hegen und pflegen sie die gegen den Geist sich empörende Sinnlichkeit des Fleisches, theilen demselben unbeschränkt alle natürlichen Kräfte und Rechte zu, welche nach ihrer Aussage die katholische Lehre mißhandelt und unterdrückt. Sie mißachten aber dabei gänzlich die Ermahnung des Apostels, der uns zuruft: „wenn ihr nach dem Fleische lebt, so werdet ihr sterben; wenn ihr aber durch den Geist die Werke des Fleisches ertödtet, so werdet ihr leben.“ Sie gehen überdieß darauf aus, alle Rechte eines jeglichen rechtmäßigen Eigenthumes anzugreifen und zu vernichten; sie erfinden und erdichten in ihrem Sinne verkehrter Weise ein gewisses durch keine Grenzen eingeschränktes Recht, welches nach ihrer Meinung der Staat haben soll, den sie ohne Grund für den Ursprung und die Quelle aller Rechte halten.

Indem Wir aber, diese Hauptirrhümer unseres dadurch so unglücklichen Zeitalters schmerzzerfüllt in flüchtiger Kürze berühren, unterlassen wir es, würdige Brüder, so viele andere, kaum zu zählenden, aber Euch wohl bekannte Unwahrheiten und Trugschlüsse anzuführen, durch welche jene Feinde Gottes und der Menschen sowohl Staat als Kirche zu verwirren und niederzureißen trachten. Ebenso übergehen wir mit Stillschweigen die vielfachen und schweren Unbilden, Verläumdungen, Schmähungen, womit dieselben Menschen die geweihten Diener der Kirche und diesen apostolischen Stuhl unablässig angreifen und verwunden. Wir reden nicht von jener so ungerechten Heuchelei, vermöge welcher besonders die Führer der traurigen Wirren in Italien mit ihren Trabanten in einem fort sagen, nach ihrem Willen sollte die Kirche ihre Freiheit haben, während sie mit ganz sacrilegischer Vermessenheit gerade alle Rechte und Gesetze der Kirche täglich mehr niedertreten, ihr Vermögen rauben, die Oberhirten und die Geistlichen, welche ihr Amt mit Auszeichnung verwalten, auf alle Art quälen und in das Gefängniß werfen; die Mitglieder der geistlichen Orden und die Gott geweihten Jungfrauen gewaltsam aus ihren Klöstern vertreiben und ihrer Güter berauben und nichts unversucht lassen, um die Kirche selbst in die schmachvollste Knechtschaft zu bringen und zu unterdrücken. Und gerade während wir aus Eurer so erwünschten Gegenwart ein besonderes Vergnügen schöpfen, seht Ihr selbst welche Freiheit zu dieser Zeit die ehrwürdigen Oberhirten Italiens haben, sie, die muthig und standhaft den

lore, adversantium opera, ad Nos venire, et inter Vos versari, atque huic adesse conventui, quod summopere optavissent, quemadmodum infelicis Italiae Archiepiscopi et Episcopi suis Litteris summi erga Nos, et hanc Sanctam Sedem amoris et obsequii plenissimis significarunt. Neminem etiam ex Sacrorum in Lusitania Antistitibus hic adesse cernitis, ac non parum dolemus, inspecta difficultatum natura, quae obstiterunt, quominus ipsi romanum iter aggredi possent. Recensere autem ommittimus tot alia sane tristia et horrenda, quae ab hisce perversarum doctrinarum cultoribus cum incredibili Nostro ac Vestro, et omnium bonorum luctu patrantur. Nihil item dicimus de impia conspiratione, et pravis cujusque generis molitionibus ac fallaciis, quibus civilem hujus Apostolicae Sedis principatum omnino evertere ac destruere volunt. Juvat potius hac de re commemorare miram prorsus consensionem, qua Vos ipsi una cum aliis Venerabilibus Fratribus universi catholici orbis Sacrorum Antistitibus nunquam intermisistis et epistolis ad Nos datis, et pastoralibus litteris ad fideles scriptis hujusmodi fallacias detegere, refutare, ac simul docere, hunc civilem Sanctae Sedis principatum Romano Pontifici fuisse singulari divinae providentiae consilio datum, illumque necessarium esse, ut idem Romanus Pontifex nulli unquam Principi aut civili potestati subjectus supremam universi Domini gregis pascendi regendique potestatem auctoritatemque ab ipso Christo Domino divinitus acceptam per universam Ecclesiam plenissima libertate exercere, ac majori ejusdem Ecclesiae et fidelium bono, utilitati et indigentis consulere possit.

Quae hactenus lamentati sumus, Venerabiles Fratres, luctuosum plane exhibent spectaculum. Quis enim non videt tot pravorum dogmatum iniquitate, ac nequissimis deliramentis et machinationibus magis in dies christianum populum misere corrumpi, et ad exitium impelli, et catholicam Ecclesiam, ejusque salutarem doctrinam ac verenda jura et leges, sacrosque ministros oppugnari, et iccirco omnia vitia et scelera invalescere ac propagari, et ipsam civilem societatem exagitari?

Nos itaque Apostolici Nostri ministerii probe memores, ac de spirituali omnium populorum bono et salute Nobis divinitus commissa vel maxime solliciti, cum „aliter“ ut sanctissimi decessoris Nostri Leonis verbis utamur „Nobis commissos regere non possimus, nisi hos, „qui sunt perditores et perdit, zelo fidei Dominicae persequamur, et a sanis mentibus, ne pestis haec latius „divulgetur, severitate, qua possumus, abscindamus,“¹⁾ in

Kampf des Herrn kämpfend, zu unserm größten Leidwesen, durch die Veranstaltung ihrer Gegner daran gehindert, nicht im Stande sind zu uns zu kommen, unter Euch zu weilen, dieser Versammlung anzuwohnen. Und doch hätten sie dieses so sehr gewünscht, wie die Erzbischöfe und Bischöfe des unglücklichen Italiens in ihren Briefen an Uns, die erfüllt sind von Liebe und Ergebenheit gegen Uns und den apostolischen Stuhl, zu erkennen gegeben haben. Auch von den Bischöfen in Portugal sehet Ihr keinen anwesend, und Wir empfinden tiefen Schmerz darüber, nachdem Wir von dem Grunde der Schwierigkeiten, welche sich ihrer Reise nach Rom entgegenstellten, Kenntniß genommen haben. Wir unterlassen es auch so viel anderes Trauriges und Schreckliches aufzuzählen, was von jenen Anhängern der verkehrten Lehre zu unserm, Euerm und aller Gutgesinnten über großem Schmerze verübt wird. Dergleichen reden Wir nicht von jener gottlosen Verschwörung, noch von den schlechten Untrieben aller Art und von den Trugschlüssen, wodurch sie die landesfürstliche Gewalt des apostolischen Stuhles zu stürzen und zu vernichten suchen. Es gewährt dagegen Befriedigung statt dessen vielmehr die so merkwürdige Einstimmigkeit hervorzuheben, mit welcher Ihr selbst zugleich mit den andern ehrwürdigen Brüdern, den Bischöfen des ganzen katholischen Erdkreises niemals unterlassen habt sowohl in Euern Schreiben an Uns als in Hirtenbriefen an die Gläubigen jene Trugschlüsse aufzudecken, zu widerlegen, und zugleich zu lehren, daß diese weltliche Souveränität des apostolischen Stuhles dem römischen Bischöfe durch eine besondere Fügung des göttlichen Rathschlusses verliehen worden ist, daß sie nothwendig sei zu dem Zwecke, damit der römische Papst, keinem Fürsten und keiner weltlichen Gewalt unterworfen, die von Christus dem Herrn selbst durch göttliche Anordnung erhaltene oberste Gewalt und Autorität die gesammte Heerde des Herrn zu weiden und zu leiten in der ganzen Kirche mit vollständiger Freiheit ausüben und dadurch für das Wohl, den Nutzen und die Bedürfnisse der Kirche und der Gläubigen sorgen könne.

Alles was Wir hier bisher, ehrwürdige Brüder, beklagt haben, stellt allerdings ein trauriges Bild dar. Denn wer sieht nicht, daß durch das Unrecht so vieler schlechten Lehren, durch solche bis zum Wahnsinn gehenden Irrthümer und durch solche Umtriebe das christliche Volk von Tag zu Tag mehr verdorben und seinem Untergang zugetrieben wird; daß die katholische Kirche, ihre heilsame Lehre, ihre ehrwürdigen Rechte, Gesetze und geweihten Diener bekämpft werden, daß dadurch alle Fehler und Laster zunehmen und sich weiter ausbreiten, und daß so die bürgerliche Gesellschaft zerrüttet werde?

Eingedenk daher Unseres apostolischen Amtes und tief bekümmert um das Uns durch göttliche Anordnung anvertraute geistige Wohl aller Völker, und da Wir (um die Worte unseres heiligen Vorgängers Leo zu gebrauchen) „die Uns Anvertrauten nicht leiten können, wenn Wir nicht die Verderber und Verdorbenen mit dem Eifer unseres Glaubens an den Herrn verfolgen und sie von den noch gesunden Gemüthern, damit diese Pest sich nicht weiter verbreite, mit aller Strenge entfernt halten“;

¹⁾ Epist. VII. ad Episc. per Ital. c. 2. Edit. Baller.

hoc amplissimo Vestro consessu Apostolicam Nostram attolentes vocem omnes commemoratos praesertim errores non solum catholicae fidei ac doctrinae, divinis ecclesiasticisque legibus, verum etiam ipsi sempiternae ac naturali legi et justitiae, rectaeque rationi omnino repugnantibus et summopere adversos reprobamus, proscribimus atque damnamus.

Vos autem, Venerabiles Fratres, qui estis sal terrae et Dominici gregis Custodes, ac Pastores, etiam atque etiam excitamus et obtestamur, ut pro eximia Vestra religione et episcopali zelo pergatis, veluti adhuc cum summa Vestri Ordinis laude fecistis, omni cura, sedulitate et studio fideles Vobis traditos ab hisce venenatis pascuis arcere, et qua voce, qua opportunis scriptis tot persarum opinionum monstra refellere et profligare. Optime enim scitis de summa re agi, cum agatur de sanctissimae fidei nostrae, ac de catholicae Ecclesiae ejusque doctrinae causa, de populorum salute, et humanae societatis bono ac tranquillitate. Itaque, quantum in Vobis est, ne desinatis unquam a fidelibus avertere tam dirae pestis contagia, id est, ab eorum oculis manibusque perniciosos libros et ephemerides eripere, ipsosque fideles sanctissimis augustae nostrae religionis praeceptionibus assidue imbuere et erudire, ac monere et exhortari, ut ab hisce iniquitatis magistris, tamquam a facie colubri effugiant. Pergite Vestras omnes curas cogitationesque in id potissimum conferre, ut Clerus sancte scienterque instituat, omnibusque virtutibus fulgeat, ut utriusque sexus juvenus ad morum honestatem, pietatem omnemque virtutem sedulo formetur, ut salutaris sit studiorum ratio. Ac diligentissime advigilate et prospicite ne in humaniores litteras, severioresque disciplinas tradendas aliquid unquam irrepit quod fidei, religioni, bonisque moribus adversetur. Viriliter agite, Venerabiles Fratres, et ne animo unquam concidatis in hac tanta temporum perturbatione et iniquitate, sed divino auxilio omnino freti, ac *sumentes in omnibus scutum inexpugnabile aequitatis et fidei, atque assumentes gladium spiritus, quod est verbum Dei*, ne intermittatis omnium catholicae Ecclesiae et hujus Apostolicae Sedis hostium conatibus obsistere, eorumque tela retundere et impetus frangere.

Interim vero dies noctesque, sublatis ad coelum oculis non desistamus, Venerabiles Fratres, clementissimum misericordiarum Patrem, et Deum totius consolationis,

so erheben Wir demnach in dieser Euerer hohen Versammlung Unsere apostolische Stimme. Wir mißbilligen, ächten und verurtheilen alle die oben von Uns angeführten Irrthümer, weil sie nicht blos dem katholischen Glauben und der katholischen Lehre, den göttlichen und kirchlichen Gesetzen, sondern auch dem immerwährenden natürlichen Gesetze, der natürlichen Gerechtigkeit und der gesunden Vernunft widersprechen und auf das stärkste widerstreiten.

Euch aber, ehrwürdige Brüder, die Ihr seid das Salz der Erde und die Wächter und Hirten der Heerde des Herrn, ermuntern Wir und beschwören Wir, daß Ihr nach Euerer ausgezeichneten Frömmigkeit und nach Euerem bischöflichen Eifer fortfahret, wie Ihr bisher zum größten Lobe Eueres bischöflichen Standes gethan habt, mit aller Sorgfalt, mit allem Fleiße und allem Eifer die Gläubigen der Euch anvertrauten Heerden von diesen vergifteten Waidplätzen abzuhalten, und sowohl mündlich als durch geeignete Schriften die Ungeheuerlichkeiten so grundverkehrter Meinungen zu widerlegen und zu vertreiben. Ihr wißt ja selbst am besten, daß es sich um das Höchste im Leben handelt, wenn es sich handelt um die Sache unseres heiligsten Glaubens, der katholischen Kirche und ihre Lehre, um das Wohl der Völker, um die Wohlfahrt und Ruhe der menschlichen Gesellschaft. Lasset nicht ab, so viel in Euern Kräften steht, die Ansteckung einer solchen Pest von den Gläubigen entfernt zu halten, das ist, ihren Blicken und Händen die gefährlichen Bücher und Tagblätter zu entziehen, die Gläubigen in den heiligen Grundsätzen unserer erhabenen Religion zu unterweisen und zu unterrichten, zu ermahnen und zu erinnern, damit sie vor diesen Lehrern der Ungerechtigkeit, wie vor dem Anblick einer giftigen Schlange entfliehen. Fahret fort alle Euerer Sorgen und Gedanken ganz besonders darauf zu richten, daß die Geistlichkeit in unverkehrter Frömmigkeit und wissenschaftlich gebildet, selbst in allen Tugenden hervorleuchte, und daß die Jugend beiderlei Geschlechtes zur Ehrbarkeit der Sitten, zur Frömmigkeit und zu jeglicher Tugend mit allem Fleiße erzogen und daß die Behandlungsweise der Studien eine heilsame sei. Wachtet und sorget auf das eifrigste, daß bei dem Unterrichte in den Elementen der literarischen Bildung, den Humanitäts-Studien, so wie bei dem Unterrichte in den höheren Wissenschaften nirgends Etwas vorkomme, was dem Glauben, der Religion und den guten Sitten widerstreite. Handelt, ehrwürdige Brüder, mit mannhafter Kraft und laßt in dieser so großen Verwirrung und Ungerechtigkeit der jetzigen Zeitläufte den Muth nicht sinken. Ganz vertrauend der göttlichen Hilfe, und zu Euch nehmend in Allem den unüberwindlichen Schild der Gerechtigkeit und des Glaubens, ergreifend das Schwert des Geistes, das da ist das Wort Gottes, lasset nicht ab den Versuchen aller Feinde der katholischen Kirche und des apostolischen Stuhles Widerstand zu leisten, ihre Waffen wirkungslos zu machen, den Ungeßimm ihrer Angriffe zu brechen.

Inzwischen laßt uns, ehrwürdige Brüder, nicht aufhören, den gütigsten Vater der Erbarmungen, den Gott alles Trostes, welcher Licht aus der Dunkelheit hervorstrahlen läßt, und wel-

qui de tenebris facit lucem splendescere, quique potens est de lapidibus suscitare filios Abrahae, in humilitate cordis nostri ferventissimis precibus indesinenter orare et obsecrare, ut per merita Unigeniti Filii Sui Domini Nostri Jesu Christi velit christianae et civili reipublicae auxiliariam porrigere dexteram, omnesque disperdere errores et impietates, ac divinae suae gratiae lumine omnium errantium mentes illustrare, illosque ad se convertere et revocare, quo Ecclesia sua sancta optatissimam assequatur pacem, et ubique terrarum majora in dies incrementa suscipiat, ac prospere vigeat et efflorescat. Ut autem quae petimus et quaerimus facilius consequi possimus, ne cessemus adhibere primum deprecatricem apud Deum Immaculatam Sanctissimamque Deiparam Virginem Mariam, quae misericordissima, et amantissima nostrum omnium mater cunctas semper interemit haeresees, et cujus nullum apud Deum praesentius patrocinium. Petamus quoque suffragia tum sancti ejusdem Virginis Sponsi Josephi, tum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, omniumque coelitem, et illorum praesertim, quos nuper Sanctorum fastis adscriptos colimus et veneramus.

Antequam vero dicendi finem faciamus Nobis temperare non possumus, quin iterum testemur et confirmemus, summa Nos uti consolatione, dum jucundissimo Vestrum omnium conspectu fruimur, Venerabiles Fratres, qui tanta fide, pietate et observantia Nobis et huic Petri Cathedrae firmiter obstricti, ac ministerium Vestrum implentes majorem Dei gloriam, et animarum salutem omni studio procurare gloriamini, quique concordissimis animis, atque admirabili sane cura et amore una cum aliis Venerabilibus Fratribus totius catholici orbis Episcopis et fidelibus Vestrae et illorum curae commissis gravissimas Nostras angustias et acerbitates modis omnibus lenire et sublevare non desinitis. Quocirca hac etiam occasione amantissimi aequae ac gratissimi animi Nostri sensus erga Vos, et alios omnes Venerabiles Fratres, et ipsos fideles amplissimis verbis palam publiceque profitemur. A Vobis autem exposcimus, ut cum ad Vestras redieritis Dioeceses velitis eisdem fidelibus Vestrae vigilantiae concreditis hos animi Nostri sensus Nostro nomine nuntiare, illosque certiores facere de paterna Nostra in illos caritate, deque Apostolica Benedictione, quam ex intimo corde profectam, et cum omnis verae felicitatis voto conjunctam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, et eisdem fidelibus impertire vehementer laetamur.

cher mächtig ist auch aus den Steinen Abraham Söhne zu erwecken, in der Demuth unseres Herzens mit den innigsten Gebeten ohne Unterlaß zu bitten und anzuflehen, daß er durch die Verdienste seines eingebornen Sohnes unsers Herrn Jesu Christi seine hilfreiche Rechte gewähren möge dem christlichen und dem staatlichen Gemeinwesen; daß er alle Irrthümer und Nachlässigkeiten ansrotten, durch das Licht seiner göttlichen Gnade den Geist aller Irrenden erleuchten, sie zu sich wenden und zurückrufen möge, damit seine heilige Kirche den erwünschten Frieden erreiche, überall auf Erden von Tag zu Tag wachse, gedeihlich erstärke und aufblühe. Um aber Das was wir bitten und suchen leichter erreichen zu können, wollen wir auch nicht unterlassen uns zu wenden an unsere Fürsprecherin bei Gott, an die unbefleckte heilige Gottesgebärerin Jungfrau Maria, welche als unsere barmherzige und liebevolle Mutter, alle Häresien immer beseitigt und deren Fürbitte bei Gott die wirksamste ist. Nicht minder wollen wir uns erbitten die Unterstützung des heiligen Bräutigams der Jungfrau Maria, des heiligen Joseph, dann der heiligen Apostel Petrus und Paulus und aller Himmlsbewohner, besonders jener, welche wir als vor Kurzem in das Jahres-Verzeichniß der Heiligen aufgenommen, jetzt verehren.

Ehe Wir aber schließen, fühlen Wir uns gedrungen wiederholt auszusprechen und zu versichern, daß Wir den größten Trost empfinden, indem Wir Eueres uns so erfreulichen Anblickes genießen, ehrwürdige Brüder, die Ihr mit solcher Treue, Liebe und Ergebenheit mit Uns und mit dem Stuhle Petri verbunden, darin Eueren Ruhm setzet, Euer Amt zum großen Ruhme Gottes und zum Heile der Seelen auf das eifrigste zu erfüllen. Mit einträchtigen Herzen, mit bewunderungswürdiger Sorgfalt und Liebe laßt Ihr nicht ab, zugleich mit den anderen ehrwürdigen Brüdern den Bischöfen des gesammten katholischen Erdkreises und mit den Euerer Hirtenpflege anvertrauten Gläubigen Unsere schwere Bedrängnisse und Bitterkeiten auf alle Art zu lindern und zu erleichtern. Darum sprechen Wir auch bei dieser Gelegenheit die Gefühle unsers lieb- und dankerfüllten Herzens gegen Euch und alle übrigen ehrwürdigen Brüder mit den Worten ehrenvollster Anerkennung offen und feierlich aus. Wir verlangen, daß Ihr in Euerer Diöcese zurückgekehrt, den Euerer Sorge anvertrauten Gläubigen diese Gefühle Unseres Herzens in Unserm Namen verkündigen und ihnen von Unserer väterlichen Liebe für sie Kenntniß geben möget. Nicht minder gebet ihnen Kenntniß von dem apostolischen Segen, welchen Wir aus dem Innersten Unseres Herzens und mit Anwünschung alles wahren Glückes Euch selbst, ehrwürdige Brüder und allen Gläubigen mit der höchsten Freude ertheilen.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
PIO IX PONTIFICI MAXIMO

SACRORUM ANTISTITES

SACRIS SOLEMNIIS SANCTORUM NOVENSILIUM

MARTYRUM XXVI JAPONIAE

ET

MICHAELIS DE SANCTIS

ROMAE ADSTANTES

DIE FESTO PENTECOSTES ANNI MDCCCLXII.

Beatissime Pater!

Ex quo Apostoli Jesu Christi sacro Pentecostes die Petro Ecclesiae Capiti in oratione adhaerentes, Spiritum Sanctum acceperunt, et divino ejus impulsu acti, cunctarum fere nationum viris in Urbe sancta congregatis, unicuique sua lingua potentiam Dei mirabilem annuntiarunt, numquam, ut credimus, ad hanc usque diem tot eorumdem haeredes, iisdem recurrentibus solemnibus, venerandum Petri Successorem, orantem circumsteterunt, decernentem audierunt, regentem roborarunt. Quemadmodum vero Apostolis media inter nascentis Ecclesiae pericula nil jucundius accidere potuit, quam divino spiritu recens afflato assistere primo Christi in terris Vicario; ita nec nobis praesentes inter Ecclesiae sanctae angustias, antiquius sanctiusve aliud esse potuit, quam quidquid inest venerationis pietatisque erga Sanctitatem Tuam pectoribus nostris, ad pedes Beatitudinis Tuae deponere, simul et unanimiter declarare, quanta prosequamur admiratione praeclaras, quibus Supremus Pontifex Noster eminet virtutes, quantoque animo iis quae Petrus alter docuit, vel quae tam firmiter stata rataque esse voluit, adhaereamus.

Contra nostra novus inflammat ardor, vividior fidei lux mentem illuminat, sanctior animam corripit amor. Linguas nostras flammis illius sacri ignis vibrantes sentimus, quae Mariae, cui assidebant Apostoli, mitissimum cor ardentiori pro hominum salute desiderio incendebant, ipsos vero Apostolos ad magnalia Dei praedicanda impellebant.

Plurimas igitur agentes Beatitudini Tuae gratias, quod nos ad Pontificium solium difficillimis hisce temporibus accurrere, Te afflictum solari, nostrosque Tibi, cleri item ac populi nostrae curae commissorum animi sensus aperire permiseris, Tibi uno ore unaque mente acclamamus,

Adresse

der bei der Heiligssprechung

der

XXVI Martyrer in Japan

und

des Michael de Sanctis
zu Rom anwesenden Bischöfe
an Seine Heiligkeit

Papst Pius IX.

am Pfingstfeste des Jahres 1862.

Heiligster Vater!

Seit die Apostel Jesu Christi an dem heiligen Pfingstfeste mit Petrus, dem Oberhaupte der Kirche, im Gebete vereint den heiligen Geist empfangen, und von seiner göttlichen Eingebung erfüllt den in der heiligen Stadt versammelten Männern aus allen Nationen, einem jeden in seiner Sprache die wunderbare Macht Gottes verkündeten, waren noch niemals, glauben wir, bis auf den heutigen Tag die Erben der Apostel bei der Wiederkehr des heiligen Pfingstfestes, um den ehrwürdigen Nachfolger des heiligen Petrus in so großer Anzahl wie jetzt versammelt, die im Gebete mit ihm vereinigt, seine Entscheidungen vernahmen, seiner Regierung kräftigenden Beistand verliehen. Gleichwie aber den Aposteln mitten in den Gefahren der Kirche bei ihrem Entstehen, nichts Erfreulicheres zu Theil werden konnte als bei der Ausgießung des heiligen Geistes dem ersten Stellvertreter Christi zur Seite zu stehen: so konnte uns bei den gegenwärtigen Bedrängnissen der heiligen Kirche Nichts wichtiger, Nichts heiliger sein, als alle Gefühle der Verehrung und Liebe, welche wir im Herzen tragen, Deiner Heiligkeit zu Füßen zu legen und zugleich einmüthig auszusprechen, welche Bewunderung wir den Tugenden zollen, die unsern obersten Bischof schmücken, und mit welchem Eifer wir uns an Alles das anschließen, was Er als ein anderer Petrus lehrt und was Er als fest entschieden und beschloßen aufrecht erhalten will.

Unsere Herzen entflammt eine neue Gluth, ein heller strahlendes Licht des Glaubens erleuchtet unsern Geist, eine heiligere Liebe ergreift unsere Seele. Wir fühlen gleichsam unsere Zungen von den Flammen jenes heiligen Feuers bewegt, welche das mildeste Herz Maria's, der die Apostel zur Seite saßen, mit glühender Theilnahme für das Wohl der Menschen erfüllten, die Apostel selbst aber zur Verkündigung der Herrlichkeiten Gottes begeisterten.

Indem wir daher Deiner Heiligkeit unsern Dank darbringen dafür, daß Du uns gestattet hast bei diesen schweren Zeiten zu dem päpstlichen Throne herbei zu eilen, Dich in Deiner Betrübniß zu trösten, und sowohl unsere als unseres Clerus und der unserer Sorgfalt anvertrauten Gläubigen Gesin-

omnia fausta, cuncta bona adprecantes. Vive diu, Sancte Pater, valeque ad catholicam regendam Ecclesiam. Perge, ut facis, eam Tuo robore tueri, Tua prudentia dirigere, Tuis exornare virtutibus. Praei nobis, ut bonus Pastor, exemplo, oves et agnos coelesti pabulo pasce, aquis sapientiae coelestis refice. Nam Tu sanae doctrinae nobis Magister, Tu unitatis centrum, Tu populis lumen indeficiens a divina Sapientia praeparatum. Tu Petra es, et ipsius Ecclesiae fundamentum, contra quod inferorum portae numquam praevalerunt. Te loquente, Petrum audimus, Te decernente, Christo obtemperamus. Te miramur inter tantas molestias totque procellas fronte serena et imperturbato animo sacri muneris partibus fungentem, invictum et erectum.

Dum tamen justissima in his gloriandi nobis suppetunt argumenta, non possumus quin simul oculos ad tristitia convertamus. Undequaque enim menti nostrae consistunt immania eorum facinora, qui pulcherrimam Italiae terram, cujus Tu, Beatissime Pater, columen es et decus, misere vastarunt, ipsumque Tuum ac Sanctae Sedis principatum, ex quo praeclara quaeque in civilem societatem veluti ex suo fonte dimanarunt, labefactare, ac funditus evertere conituntur. Nam neque perennia saeculorum jura, neque diuturna regiminis pacifica possessio, neque tandem foedera totius Europae auctoritate sancita et confirmata impedire potuerunt, quominus omnia susquedeque verterentur, spretis legibus omnibus, quibus hactenus suffulta stabant imperia.

Sed ut ad nostra propius accedamus, Te, Beatissime Pater, iis provinciis, quarum ope, et dignitati Sanctae Sedis, et totius Ecclesiae administrationi aequissime providebatur, nefario usurpatorum hominum scelere, qui non habent nisi *velamen malitiae libertatem*, spoliatum cernimus. Quorum iniquae violentiae cum Sanctitas Tua invictissimo animo obstiterit, plurimas ei gratias, Catholicorum omnium nomine, censemur rependendas.

Civilem enim Sanctae Sedis principatum ceu quiddam necessarium ac providente Deo manifeste institutum agnoscimus; nec declarare dubitamus, in praesenti rerum humanarum statu, ipsum hunc principatum civilem pro bono ac libero Ecclesiae animarumve regimine omnino requiri. Oportebat sane totius Ecclesiae Caput Romanum Pontificem nulli Principi esse subjectum, imo nullius hospitem; sed in proprio dominio ac regno sedentem suimet juris esse, et in nobili, tranquilla, et alma liber-

nungen und Gefühle Dir kund zu geben, so wünschen wir Dir mit einstimmigem Zurufe, wie aus einem Herzen und mit einem Munde, alles Glück und Heil. Lebe lange, heiliger Vater, in erfreulicher Gesundheit, um die katholische Kirche zu regieren. Fahre fort, so wie jetzt, sie mit Deiner Weisheit zu leiten, durch Deine Tugenden zu schmücken. Gehe uns voran, wie ein guter Hirte, mit Deinem Beispiele; weide die Schafe und die Lämmer mit der himmlischen Nahrung, erquicke sie mit der Quelle der himmlischen Weisheit. Du bist uns der Lehrer der gesunden Lehre, Du der Mittelpunkt der Einheit, Du das von der göttlichen Weisheit den Völkern gewährte niemals mangelnde Licht. Du bist der Fels und das Fundament der Kirche, welches die Pforten der Hölle niemals überwältigen werden. Wenn Du sprichst, so hören wir Petrus; wenn Du entscheidest, so folgen wir Christus in Dir. Wir bewundern Dich, weil Du mitten unter solchen Beschwerden und Stürmen mit heiterer Stirne und ungebeugtem Muth aufrecht und unbefiegt den Beruf Deines heiligen Amtes erfüllst.

